

fa quasi sicura la morte.

Ha saputo poi che vi si rinnovano le lotte civili;

dia retta adunque Giovanni agli amici, e abbandoni con tutti i suoi quella regione funesta.

est mors quam vita suspecta, vereor ne nimis confidenter reducas. quid est enim ut velis in periculum te ferre, et animam tuam unicusque nati vitam ac sospitatem discrimini obicere? si te enim caritas tui non movet, at filii saltem prospicere saluti debes ^(a), quem esse tibi superstitem ac successorem decet.

5

Ne qua preterea ^(b) sit quieti spes, cruentum renovari apud vos ludum audio et ex integro seditiones exuscitari, ut inter ferrum morbumque nulla superesse iam salus possit. utraque res me gravat; sed illa magis, quod amicis nunquam aures adhibuisti suadentibus ut inde cum universa domo ^(c) abesses. ex quo versiculus 10 ille in mentem crebro venit: « heu! fuge crudeles terras, fuge litus « avarum » ⁽¹⁾.

Hoc tibi dictum puta; quod si et nunc ^(d) feceris, non erit consilium serum. vale. Venetiis, .viii. idus aprilis ^(e) 1395.

LVI.

15

P. P. VERGERIO A SANTO DEI PELLEGRINI ^(f).

[B, c. 73 B; P, c. 26 B].

Padova,
16 aprile(?) 1395.

Gli narra il colloquio avuto col Caetani a Venezia.

CUM audissem non venturum Paduam patriarcham, illico Venetias veni ^(a), acceptis mecum litteris ab his, quorum virtutem diligi et auctoritatem plurimum valere apud eum existimarem. et 20 adhibui quidem ut in re quam magnopere desiderarem sollicitudinem ^(g); ut in re vero ^(b) que dari a principibus, non peti, debeat ⁽ⁱ⁾, modestiam. preclare te iam novit, tam celebris illi de rebus tuis facta relatio est. ego ipse coram locutus sum, magna et humanitate et attentione auditus. nemini ex presentibus, quos plurimos 25

(a) R filii salutem prospicere debes (b) CR neque preterea G Ne quia (c) B om. domo (d) B si nunc (e) C .viii. aprilis kal. RG .viii. kal. aprilis G corr. in marg. idus R 1495 (f) B P. P. V. Sancto de Peregrinis P Idem ad eundem (sc. S. de P.) (g) B P sollicitudinem ma B in marg. diligentiam (h) P ut in te vero (i) P debent

(1) VERG. Aen. III, 44.

(2) La data della presente nei codici Brunaccio e Papafava è erronea. Occorre

forse leggere « .xvi. calendas maii », e spiegare il ritardo della comunicazione con la mancanza d'un messo.